UC 673

12

Asuntos Estrangeros leidos en el año

1755.

Ctexogeneos de 1755 Enero

UC 673

Febrero

Marzo

Abril.

Mayo

Junio

Julio

Agosto

3 Setiembre.

D. Michaelis triumphi Descriptio. = Por Dn. Franco. del Pratx

Octubre

D. Michaelis triumphi Descriptio. = Por Dn. Franco. Prats y Matas.

Noviembre

Deciembre.

Barª 3 de 7bre 1755 Divi Michaelis Triumphi

Leido en 8. Octe de 1755.

Descriptio

Decreverat rerum omnium et Moderator et Conditor, novi Procerum Regni, erga se observantiam fidemque probare. Proinde Operam dedit ut certis obtemperando mandatis, Dominum suum benemerentes agnoscerent. Renuit Lucifer, proprio decore illectus, ac ipsius scientiæ lumine obcæcatus, Regium adire solium, nisi ad invadendum: furenti prorsus expectatione seipsum decipiendo, Creatori creaturam similem reddere suscepit, et impossibilibus decertando, alienis viribus pollens, Omnipotenti se coæquare non despexavit, imo facturum sequacibus audacter spopondit.

Fidelissimus Michael, cujus in pectore Caritas, Obedientia, Cultus, Cæteraque Virtutes Coalescebant Luciferina superbia lacessitus, probis convocatis Cœlicolis, sic illos afatur. Cernite sodales, Angelico naturæ dedecus, inexpiabile flagitium, quod ab Optimate

Angelorum summa stultitia machinatur. Lucifer, Seraphim ille, gratiæ tantis ac sapientiæ fulgoribus præstans, Ornamentum Olimpi, Altissimo proximus, insurgere in Dominum factorem suum non perhorrescit. Insana molimina elato nuper animo volvens, commovet astra, cunctosque Cœlos secum trahere jactat. Exoro vos clarissimi Cœlites, tam prava tentari consilia (licet inepta) ne patiamur. Divini Numinis amore flagrantes, accingamur ad prælium; et quicumque nostrum, totis viribus Optimo Maximo, majorem Gloriam, Laudem, Honorem referre festinet, quo simul illi, temeraria demere defectione conantur: Dux ero vester, nec magis rectius ut me imitemini; fortitudinis etenim spero esse vobis exemplum; quacumque ferar, opitulemini.

His dictis ignitus Cœlestis Militiæ Princeps, citato gradu obviam ruit Satanæ sequacibusque: et jacula (qualia Spiritus decent) in adversarium torquens; Quis Deo similis sapientissime Cherubim, et in Cœlo et in terra humilia cuncta respicienti? Adhæc Satanas torvis Oculis intuens Michaelem; ne glorieris inquit, injur=

tus est Dominus. Jam jam illi parueram dum debitum Majestati suæ, exsolvebat obsequium; sed postquam nobis humanam præferre naturam constituit, Obedire de-disco. Homo deinceps exigetur in Deum? Magnates Angelicorum Ordinum, coram fictili Domino genua flec-tent? Nitidissima Sidera Lutei progeniem adorabunt? injustus est Dominus. Neque sat erit Deum hominem cole-re, quin etiam fragiliori Sexui subjiciamur; Mulierem habea-mus Reginam, et immortalitate gaudentes, mortalibus serviant? injustus est Dominus. Satius erat, si alicui Altis-simus uniendus, ad me veniret; ut quantum humana na-tura dedecet, Angelica honestaret.

Excanduit, fortis defensor Olimpi, actutumque hostem his verbis aggreditur. Quis inquam ut Deus? pervicacissi-me Dæmon, et quis huc usque consiliarius ejus? Supremum dignosce Numen, satisque sit sibi, infinite scientem aber-rare non posse. In hoc homine Deo, vel ad Divinam, vel ad humanam naturam te vertas; Personam semper Divinam, ubicumque reperies, æterna Gloria, cultuque dignissimam. Deiparentem, Sanctissimæ Triados conjunc-tissimam, quis non videt omnibus titulis venerandam? Filia Regis, Dominoque Dominantium desponsata,

Æterni Patris genitura est Unigenitum; et Dei filius, amantissimam, sacris e cunis, observantius est Matrem; servire recusas, cui Rex ipse Regum subjicitur? Evanescunt in conspectu Domini sapientia, dignitas, et elegantia; vigebunt tantummodo virtutes, humilitas præsertim et caritas; ita Incarnatus mitis etiam esse, et humilis corde. Quapropter fideles isti, quos aspernaris, adipiscentur humilitate altissimas Sedes, e quibus te tua superbia dejicit.

Quid modo Satanas et Angeli ejus? erubescent ad succulentos Michaelis sermones? non erubescunt. Obtestabuntur Bonitatem illam indeficientem ut eis indulgeat? non obsecrantur. Pænitebit eos nefandum perduellionis facinus? Longe diversa; adinvicem lacerari incepta feralí rabie prosequi, Divina mandata pro viribus aversari, convicia blasfemiasque in Creatorem evomere. Tandem ergo Michael, Præpotentis dextera roboratus, tam effrenatam ait petulantiam diutius ferre non licet. Adsit Iustitia Domini; findantur illico Coeli, terra debiscat, flamigeret avernus, accendantur gehenna, pereant inimici Dei, Æternique dent cruciatibus arrogantiæ penas. Dixit, et rapidius quam

e nubibus fulmen erumpit, Draco magnus, ejusque satellites, in barbarum immerguntur. Continuo Coelestis Exercitus laetanter epinicia cantans à lateribus Michaelis undique circumfunditur; Principesque quoque Angelorum ovantes, superque stellas et astra firmato jam gradu procedentes, mirabilia Michaelis erga Deum, nec non Dei mirabilia in Michaele concelebrant: Omnesque pariter aeternalis porta triumphi, Regiam felicitatis ingrediuntur.

Ubi primum ad inaccessibilem Divinitatis thronum venere, reverenter consistunt; et mentes submissas et paratos animos ad nova obsequia, similiter exhibentes. Inde trinus et unus ad Michaelem conversus, accede Michael, inquit, et ascende superius; insede supremo Solio. Quia nostri nominis causam strenuissime propugnasti, Nostri eris in posterum plenipotens Administer triumphantis Ecclesiae Princeps, militantis Patronus, adversus Potestates abyssi terrificum adeo propugnaculum, ut malignantes quantumvis eorum conatus, nomine tuo, cadant, proruant, infringantur. Sed hoc,

minima tuæ gemma Coronæ. Excelsa tibi Majestatis aperiuntur penetralia, cui Divini Concilij particeps: Deitatis faciem perspicentia intuéberis tanta; ut visione, scientia, fruitione, cæteros omnes valde procellas. Tuam in mentem recta ingruet Divinum Lumen, quod ex in Cælestes tuas ad Legiones gradatim transmittas; quasi ab inexhausti sapientiæ tuæ manalibus, omnes Angelici chori ditéscere videantur. Hæc effatus Omnipotens, actutum Omnia fiunt, beatusque Michael et Angeli ejus ad æternitatem felicitantur.

O Michael fortunatissime! Lucigena insons, Divino totus nitore coruscans; quibus encomiis te honorare fas erit? Laudatus jam pridem, á solo Laudando, quid non incassum hominum Laudes. Rectius itaque nobis, stellato si pavimento quâ ~~[illegible]~~ Victor incéssis, affixis perpetim oculis, tui Tutámen suppliciter imploramus. Custodias igitur felicissime Primors Domini Comunii hæreditatem; cumulátaque Gloria, qua merito potiris, ex nostris etiam ardentissimis votis, æterné fruare.

Dn. Francisco Prats y Matas

UC 673

Divi Michaelis Triumphi
Descriptio.

Decréverat rerum omnium, et Moderator et Conditor novi Procerum Regni, erga se observantiam fidemque probare: Proinde operam dedit ut certis obtemperando mandatis, Dominum suum benemerentes agnoscerent. Renuit Lucifer, proprio decore illectus, ac ipsius scientiae lumine obcaecatus, Regium adire solium, nisi ad-invadendum. Furenti prorsus expectatione se ipsum decipiendo Creatori creaturam similem reddere suscepit; et impossibilibus decertando, alienis viribus pollens, Omnipotenti se coaequare non desperavit, imo factiosum sequacibus audacter proposuit.

Fidissimus Michael, cujus in pectore Caritas, obedientia, cultus, caeteraque virtutes coalescebant Luciferina superbia lacessitus, probis convocatis Coeli-colis, sic illos affatur. Cernite Sodales, Angelicae naturae dedecus, inexpiabile flagitium, quod ab Optimate Angelorum summa stultitia machinatur. Lucifer, Seraphim ille, gratiae tantis ac sapientiae fulgoribus

prestans, Ornamentum olimpi, Altissimo propinquus, insurgere in Dominum factorem suum non perhorrescit. Insana molimina ideo nuper animo volvens, commovet astra, universosque Cœlos secum trahere jactat. Exoro vos, Clarissimi Cœlites, tam práva tentári consilia (licet inepta) ne patiámur. Divini Numini amóre flagrántes, accingámur ad prelium; et quicumque Nostrum, totis viribus Optimo Maximo, majorem Gloriam, laudem, honorem referre festinet, quæ simul illi, temeraria démere defectione conantur. Dux ero vester, nec magis recuso ut me imitémini; fortitudinis etenim spero esse vobis exemplum; quacumque ferar, opitulémini.

His dictis ignitus Cœlestis militiæ Princeps, citato gradu obviam ruit Satanæ, sequacibusque: et jacula (qualia spiritus decent) in adversarium torquens; Quis Deo similis, Sapientissime Chérubim, et in Cœlo, et in terra humilia cuncta respicienti? Ad hæc Satanas torvis oculis intuens Michaélem; ne gloriéris inquit, injustus est Dominus. Jamjam illi parueram

2°

petulantiam diutius ferre non licet. Stabit Justitia Domini; scindantur illico Cœli, terra dehiscat, flammigeret avernus, accendantur gehennæ, pereant inimici Dei, æternique dent cruciatibus arrogantiæ pœnas.

Dixit, et rapidius quam e nubibus fulmen erumpit Draco magnus, ejusque satellites, in barathrum immerguntur. Continuo celesti exercitus, lætanter epinicia cantans, a lateribus Michaelis undique circumfunditur; Principes quoque Angelorum ovantes, superque stellas et astra firmato jam gradu procedentes, mirabilia Michaelis erga Deum, nec non Dei mirabilia in Michaele concelebrant: omnesque pariter æternalis porta triumphi Regiam faustitatis ingrediuntur.

Ubi primum ad inaccessibilem Divinitatis Thronum venere, reverenter consistunt; et mentes submissas et paratos animos ad nova obsequia, humiliter exhibentes. Inde Trinus et Unus ad Michaelem conversus, accede Michael, inquit, et ascende superius; inhære Supremo solio. Quia nostri nominis causam strenuissime propugnasti, Nostri eris in posterum

plenipotens Administer, triumphantis Ecclesiæ Prin-
ceps, militantis Patronus, adversus Potestates abissi
terrificum adeo propugnaculum, ut malignantes
quantumvis eorum conatus, Nomine tuo, cadant pro-
ruant, infringantur. Sed hæc, minima tuæ gemma
Coronæ. Cœlestis tibi Majestatis aperientur penetralia;
eris Divini consilii particeps: Deitatis faciem perspi-
centia intueberis tanta; ut visione, scientia, fruitione,
cæteros omnes valde præcellas. Quam in mentem
recta ingruet Divinum lumen, quod exin cœle-
stes suas ad Legiones gradatim transmittas; quasi
ab inexhaustis sapientiæ tuæ manalibus, omnes Angelici
~~tua relucenda Deitate per choros Angelicos effu-~~
chori ditescere videantur.
~~ere videantur.~~ Hæc effatus Omnipotens, actutum
omnia fiunt, beatusque Michael, et Angeli ejus ad
æternitatem felicitantur.

O Michael fortunatissime! Lucigena
insignis, Divino totus nitore coruscans; quibus en-
comiis te honorare fas erit? Laudatus jam pridem
a Solo laudando, quid non inanium hominum
laudes. Rectius itque nobis, stellato ii pavimento

Victor incédis,
quà ~~[illegible]~~, aspicis perpetim oculis, tui suspirámen
suppliciter imploramus. Custodias igitur felicissime
Primors Domini comunis hereditatem; cumulátaque
Gloria, qua meritò potiris, et nostris etiam ardentissimis
votis, æterné fruáre.

Barª. 3 de 7bre. de 1755

dum debitum Majestati suae, extorquebat obsequium; sed postquam nobis humanam praeferre naturam constituit, obedire dedisco. Homo deinceps erigetur in Deum? Magnates Angelicorum ordinum, coram fictili Domino genua flectent? Nitidissima sidera Sontis progeniem adorabunt? injustus est Dominus. Neque sat erit Deum hominem colere, quin etiam fragiliori sexui subjiciamur; Mulierem habeamus Reginam, et immortalitate gaudentes, mortalibus serviant? injustus est Dominus. Satius erat, si aliquis Altissimus consiendus, ad me veniret; ut quantum humana natura deleret, Angelica honestaret

Excanduit, fortis Defensor Olimpi, acriusque hostem, his verbis aggreditur. Quis inquam ut Deus, pervicacissime Dæmon, et quis huc usque consiliarius ejus? Supremum dignosce Numen, satisque sit tibi, infinite scientem aberrare non posse. In hoc homine Deo, vel ad Divinam, vel ad humanam naturam te vertas; Personam semper Divinam, ubicumque reperies, aeterna Gloria, cultuque dignissimam. Deiparentem, Sanctissimae Triados conjunctissimam,

quis non videt omnibus titulis venerandam? Filia Regis, Dominoque Dominantium desponsata, aeterni Patris genitura et Unigenitum; et Dei ~~[illegible]~~ Filius — amantissimam, sacris e cunis, observaturus est Matrem. Servire recusas, cui Rex ipse Regum subjicietur? Evanescunt in conspectu Domini, sapientia, dignitas, et elegantia; vigebunt tantummodo virtutes, humilitas praesertim et Caritas; ita Incarnatus mitis etiam erit, et humili corde. Quapropter fictiles isti, quos aspernaris, adipiscentur humilitate altissimas sedes, e quibus te tua superbia dejicit.

Quid modo Satanas et Angeli ejus? Erubescent ad luculentos Michaëlis sermones? non erubescunt. Obtestabuntur Bonitatem illam indeficientem ut eis indulgeat? non obtestantur. Poenitebit eos nefandum perduellionis facinus? Longe diversa; ad invicem lacerari, incepta ferali rabie prosequi, Divina mandata pro viribus aversari, convicia blasfemiasque in Creatorem evomere. Tandem ergo Michael, Praepotentis dextera roboratus, tam effrenatam, ait —